

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Penitentia e  
cum fonte primo

Sunt multi quos peccare non pudet,  
agere penitentiam pudet.  
O incredibilis insania, de uulnere ipso  
non erubescis et de ligatura uulneris  
erubescis! Nonne uulnus fedius  
et putridius est? Confuge ergo ad  
medicum, age penitentiam, dic:  
Iniquitatem meam ego agnosco et  
peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui

quia tu solus sine peccato.

Augustinus super Psalmum L.

Ita  
sunt multi quos peccare non pudet,  
agere paenitentiam pudet.  
O incredibilis insania! De uulnere ipso  
non erubescis, de ligatura uulneris  
erubescis? Nonne nudum foedius  
et putridius est? Confuge ergo ad  
medicum, age paenitentiam, dic:  
Iniquitatem meam ego agnosco, et  
peccatum meum ante me est semper  
(Psa. 51:5).  
Tibi soli peccaui,  
et malignum coram te feci (Psa. 51:6).  
Quid est hoc? Coram hominibus enim  
non erat adulterata uxor aliena, et  
maritus occisus? Nonne omnes nouerant  
quod Dauid fecerat? Quid est: *Tibi soli*  
*peccaui, et malignum coram te feci?*  
Quia tu solus sine peccato.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes*  
*in Psalmos*, 50, 8-9 (CCSL 38, E.  
Dekkers & J. Fraipont eds., p.605, ll.50-  
56, 1-5).